

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman I.U.D.  
& Codicis Professor Ordinarius, Ad Processum exequialem Qui ... Matronae  
Margaretæ Bolten/ Dn. Joachimi Schultzen/ Civis quondam in hac civitate  
integerrimi, relictæ Viduæ, Hodierna prima in Templo Nicolaitano, ritu solenni  
adornabitur, Omnes & singulos Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1642


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747421528>

Druck Freier  Zugang



Schvckmann, H.,  
in M. Bolten.

R. 1642.







PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS SCHVCKMAN



H. D. & Codicis Professor  
Ordinarius,

AD

*Processum exequialem*

QVI

HONESTISSIMÆ MATRONÆ

MARGARETÆ

BOELER/

Dn. JOACHIMI Schulgen/ Civis

quondam in hac civitate integerrimi,  
relictæ Viduæ,

*Hodiernâ prima in Templo Nicolaitano, ritu  
solemni adornabitur,*

Omnes & singulos Academiae Cives  
peramanter invitât.

---

ROSTOCHII.

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

ANNO M. DC. XLII.

PROGRAMM

1870

RECTOR

Universität Rostock

HENRIQUE SCHYCKMAN

Dr. D. & Cobler's Professor

Ordinarius

Phis. & Math.

HONORABILIS M. M. M. M.

M. A. G. A. R. E. T. A.

H. O. R. T. E. R. I. U. S.

Dr. JOACHIM GARDNER

Ordinarius

Phis. & Math.


Dr. JOACHIM GARDNER

ROSTOCK

Dr. JOACHIM GARDNER

Ordinarius





Ermagni inter-  
est, ut piæ mentes per-  
petuò circumferant  
assiduam ac præsen-  
tissimam mortis me-  
ditationem: Illa enim  
ejus est Virtutis, quod  
contra prapos carnis  
affectus, & quasvis terrenæ vitæ molestias non  
minimum præstet sive præsidij, sive solatij.  
Homo renatus quamdiu in hoc fragilis ac la-  
boriosæ mortalitatis fuerit tabernaculo, ab  
omni impetu carnis & sanguinis, usq; adeò  
liber esse non potest, ut nunquam ebulliat  
carnalis concupiscentia, & excusso rectæ  
rationis imperio, attentet pectus humanum,  
idq; in periculosas adducat machinationes;  
quin potius habebit fidelis anima per uni-  
versum vitæ curriculum, quod conquera-  
tur de istâ miserâ, seq; cum *Apostolo* liberari  
à corpore mortis, summoperè desideret:

C 2

Quod



Quod si jam vitæ exitum, & quicquid cum illo cohæret, ob oculos sibi statuerit, ita se affici sentiet, ut penitior ejus intuitus, dum non planè exstinguat emergentes affectus, frænum certè eis injiciat, & obstet subindè, ne in actum prorupturi exitialem homini noxam atq; perniciem concilient: Id verò tum vel maximè quis obtinebit, ubi ab eadem cogitatione profectus, neutiquam sibi tale quippiam in vita agendum duxerit, cujus se postea, & inprimis in ultimâ mortis horâ, gravissimè pœniteat. Calamitates præterea, & quæ extrinsecùs accidunt, varia infortunia, tanti sæpè roboris esse videntur, ut fortissimum quemq; , quamvis minimè crediderit, prosternere vehementer, & ex orbitâ deturbare valeant: Ab ijs autem, cum mortis suæ meminerit, parùm se moveri pius animus patietur, præsertim quod omnia illa mala, nec ultra vitæ dies, qui brevissimi sunt, exporrectum, & tùm quando vita terminatur, cum sempiterno gaudio commutatum iri confidat. Ecquis vero est inter mortales, cum sciat insigne sibi præmium propositum, qui illius amore ac desiderio ductus,

ductus, non facilè, quicquid rebus geren-  
dis, incommodi vel periculi adhæserit,  
æquiori mente sustineat? Viator, quod lau-  
tiori conditione, ubi iter emensus fuerit, se  
usurum sperat, vel aëris inclementiam, vel  
viæ perplexas difficultates non magnoperè  
attendit, nec deterrere se ijs à cœpto cursu,  
vel undè exierat, eò retroagi concedit.  
Quid ergò sibi, qui Christianæ militiæ no-  
men profitetur, non tolerandum existima-  
ret? Si quando ad illum diem pectus appli-  
cuerit, ex quo fideli capiti, summus Rerum  
moderator gloriosam, imponere suâ manu  
coronam constituit, & eam quidè, quæ  
corruptionis expers, nec unquam corrup-  
pi, nec ullo adversitatis casu, debeat labefa-  
ctari, quippe extra omnem teli jactum collo-  
cata.

Patientur pij, quicquid in mundo possint,  
nunquam patientur tantas afflictiones, quæ  
exæquare æternam gloriam, nedum cum eâ  
componi mereantur. Ita proindè mortis  
consideratio, quatenus à mente DEO dedita  
fufcipitur, non mala, non ærumnas, non ali-  
ud quicquam, quocunq; nomine veniat, in-

eam excrefcere violentiam finit, ut expugnet  
Christianū pectus, & omni, quā sustentatur,  
spe ac lætitiā destituat. Illud verò est, quod in  
præfenti funere vel ideò considerandum ex-  
hibemus, cum nullum nobis fit dubium, quin  
ex eodem principio honestiffima Matrona  
MARGARETA **BOLZEN** / Univerfis  
illis, quæ pio homini, in ærumnoso corporis  
ergaftulo adverfa obveniunt, feliciter fupe-  
ratis, coronam, Christiano militi in Cælo re-  
pofitam, beata obtinuerit: Scriptura enim  
facra, vitam piæ modestæq; Matronæ forma-  
tura, fic demùm docet superare & eluctari  
eam poffe omnium malorum fentinam, inq; æ-  
ternam salutem, non obftante naturali fœ-  
minei fexus imbecillitate, ftrenuè eniti, fi per-  
fiterit in fide ac Charitate, & fãctimonia  
cum modestia: Quo nomine hanc Matro-  
nam quoq; MARGARETAM **BOL-  
ZEN** / meritò commendamus: Ea namq;,  
quicquid erat nativæ infirmitatis contra-  
ctum, quantumvis à primâ ætate, ingenio  
effet ad constantiam potiùs, quam mollitiem  
vergente, cœlefti invocato Numine, ita sub-  
indè vicit per pietatis, modestix, aliarumq;  
Virtu-

Virtutum studia, ut vitæ cursum, ad honestam usq; senectutem produxerit & optato tandem exitu finiverit: Anno 1576. à piis & honestis in hanc lucem prodiit parentibus: Patrem habuit, Virum integerrimum JOACHIMUM **BOLLEN**/ Civem hujus Urbis Primarium accentumvirum: Matrem ANNAM **SCHULTZEN**/ Amplissimi DN: JACOBI **KOLLEN**/ Senatoris quondam & Camerarij de Republicâ optimè meriti, sororem uterinam. Avus paternus ipsi fuit JOHAN **BOLLE**/ Civis itidem primarius: Avus Maternus HANS **SCHULTZE**. Hisce natalibus in lucem progressa, Christianæ statim militiæ tesseram in Sacro-sancto Baptismo accepit, & exindè pietatis, virtutumq; studia sedulò coluit, dum virginitate ad quinquaginta annos productâ, sacra matrimonij jura, circa annû 1629. cû viro humanissimo ac doctissimo: DN: JOACHIMO **Schulzen**/ Cerevisiario ac cive apud nos primario, solemniter iniret; cui cum vix triennium in conjugali conviveret toro, per beatum delectissimi mariti ex hâc vita discessum conjugij suavissimi vinculû, Anno 1632. vicissim

vicissim dissolutum fuit: Ex quo tempore,  
per undecim annos, ut honestam decet ma-  
tronam, in viduitate laudatâ, vitam egit soli-  
tariam, donec octavo currentis mensis Julij  
die, ægritudine correpta, die 24. ejusdem, an-  
num agens sexagesimum sextū, ex hac mise-  
riarum valle, in cælestem piè emigraret Pa-  
triam. Huic beatæ matronæ, (quæ fratrem  
prudentissimum DN. JOHANNEM **BDL**  
**REN** Senatorii ordinis virum, literariæ no-  
stræ Reipublicæ, dum vivebat, faventem ha-  
buit.) ultimum, qui superest, honorem, Cives  
Academici, ut lubentes deferatis, magnope-  
rè à vobis contendo: Id verò tantò liben-  
tius unumquemq; vestrum facturum con-  
fido, quantò ad pietatem, cujus hoc est  
officium, propius præ aliis accedere  
oportet P. P. Rostochij sub si-  
gillo Rectoratus die 27. Ju-  
lij. Anno 1642.














ductus, non facile, quicquid  
dis, incommodi vel peric  
æquiori mente sustineat? Via  
tiori conditione, ubi iter em  
usurum sperat, vel aëris incl  
viæ perplexas difficultates n  
attendit, nec deterrere se ijs  
vel undè exierat, eò retro  
Quid ergò sibi, qui Christia  
men profitetur, non tolerat  
ret? Si quando ad illum die  
cuerit, ex quo fidei capiti, s  
moderator gloriosam, impo  
coronam constituit, & eam  
corruptionis expers, nec un  
pi, nec ullo adversitatis casu  
ctari, quippe extra omnem te  
cata.

Patiantur pij, quicquid in  
nunquam patientur tantas a  
exæquare æternam gloriam,  
componi mereantur. Ita p  
consideratio, quatenus à mer  
fufcipitur, non mala, non æ  
ud quicquam, quocunq; non

C 3



the scale towards document

Patch Reference numbers on IT8  
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.